dotaliter agunt quorum pars est dn̄s· nec ulla eis portio habetur
in terris. ipsi sunt uere sacerdotes & leuitę dn̄i· qui in humeris
suis legem dī portant agendo uidelic& & inplendo opere
ea quae scribuntur in lege; & pros&quitur inquid inde & gentes simul
aderant dimidii iuxta montem garizin· & dimidii iuxta
montem gebal· quomodo &iam ista explicabimus & adiu
torio dī opus est· ut possimus uerbis nr̄is uerba diuina disse
rere & explanare· qui sunt dimidii qui incedebant iuxta
montem garizin· & qui sunt dimidii qui & ipsi lic& saluentur
tamen non potuerunt iuxta montem garizin incedere.
sed incedunt iuxta montem gebal· mons garizim benedicti
ones hab&· mons autem gebal maledictiones· quę peccatorib;
imminent· statuerunt enim sicut scriptum ē in deutero
nomiu sex tribus ad benedicendum in montem garizim·
& ipsę tres tribus quae nobiliores sunt & eximiae. id est simeon
leui· iudas· isachar· ioseph· beniamin· alias uero sex igno
biliores ad maledicendum in quibus & ruben qui ascendit
sup cubile patris & thorum maculauit paternum· & za
bulon qui est ultimus filius liae. haec quidem ueterum
historiae referunt gesta· Sed quomodo nos hanc histo
riae narrationem ad misticam intellegentiā refferemus.
Ut ostendamus qui sunt isti qui incedunt iuxta montem
garizim· & qui sunt qui incedunt iuxta montem gebal
ego uideo duas esse species eorum qui promissionem caeles
tium cupiditate succensi summo studio diligentia quem
tuntur. ne saltim minima eos beatitudo praetereat.
habentes desiderium non solum benedictionis capiendę.
& effici in parte sortes scōrum· sed &iam adsistere in
conspectu dī & semper esse cum dn̄o· Alii uero sunt qui &



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0066